

Venerabili et optimo viro D. Friderico abbati S. Aegidii Nurembergae,  
Compatri suo carissimo.

Gratiam et pacem a ~~Deo~~ deo patre et Domino nostro Iesu Christo. Quod  
rarius ad te scribo, multitudo negotiorum ecclesiasticorum, scholasticorum,  
domesticorum, in causa est. post hac saepius scripturus sum. Uxor et tota  
familia prosperissime ad me pervenerunt. Duce prussiae, principe nostro, aduen-  
tum eius mihi per literas significante et (das poten brot) postulante, cum  
ipsa adhuc tribus miliaribus abesset, nam forte fortuna fuit in arce, quae  
etiam Brandenburg appellatur, cum ipsa in pago arce contiguo pernoctaret,  
quod cum comperisset, cibum et potum ei ex aula misit, ebrios rusticos abire  
compulit, et nuncium per noctem ad me misit, qua nocte idem clarissime  
somniaham, uxorem principi illic obviam factam. Dixit et Funccius  
aliquot diebus ante, somniasse se, uxorem meam se primum in carru  
vementem (sic) salutasse, quod etiam ita contigit. Conqueritur autem  
uxor mea nullum aliud se hic pati incommodum, quam quod sapor, id  
est, die saisse, quo canisiae levantur hic maxime foeteat, et nullius  
pretii sit, recordatus ergo, quod uxor tua, carissima, mea commater rationem  
eius conficiendi teneat, rogo pro vetere nostra amicitia, ut ab ea  
meo et uxoris meae nomine impetres, ut eam artem diligenter conscribat,  
eamque ad me literis tuis inclusam perferri cures, habentur hic omnia  
materialia optima, sed homines huius regionis, talium artium rudes  
sunt, ego spero me arti aliquid adiecturorum, quod si successerit, id  
uxori tuae vicissim rescribam, multae matronae hic sibi saponem  
per se conficiunt, sed minime bonum, et ego odorem lini ita loti

Ms. C 107 f. 12 n. 4